Denique pro thuris hebreice et graece est *Liban*, id est thuris candidi: ¹²⁷ *Laban* enim est *album*, *candidum*; vel thuris, quod in monte Libano nascitur; unde Hugo Victorinus, tom. II, lib. De Amore sponsi et spouse, legit: « Ibo mihi ad montem myrrae et collum Libani, » siue explicat: « Ibo, ait, mihi: » sibi vadit, quia singularis amor participem secreti non recipit. Sibi vadit, quia non vult soleam itineris qui non patitur consortem amoris. *Myrra*, que amara est ad gustandum et corpora mortuorum a putredine servat, significat mortificationem carnis. *Libans*, quod nomen interpretatur *candidatus*, significat munditiam carnis. Hic ergo est via, per quam sponsus ad sponsam venit: mons myrrae et collis Libani, quia primum per abstinentiam concupiscentiam carnis occidit, deinde per munditatem cordis ignorantiam mentis abstergit.

Querentes, cur dieatur ad collem thuris, non ad montem thuris, nisi dicatur ad montem myrrae. Resp. quad corticem littere videtur in horto Salomonis fuisse collis thuris vicinus monti myrrae, id enim verba haec innuant: quad modulam versus primo, iuxta montem myrrae, id est Calvariae ubi crucifixus est Christus, erat collis thuris, id est hortus altus Josephi ab Arimathea, in quo sepultus est Christus, indeque tertio die gloriosus resurrexit: hic enim hortus a loco crucifixionis Christi paucis passibus distat, ut testantur illi quies Hierosolymis fuerunt et viderunt: myrra enim Christi passionem, thus resurrectionem denotat, uti dixi. Secundo, mons myrrae est mons Calvariae cui adiacet et nonnulli supereminent collis thuris, id est Sion, in quo Salomon edificaret templum: hic enim dicitur thuris, quia in eo thura, orationes et sacrificia offerebantur Deo. Mons enim Calvariae et mons Sion sunt quasi duo colles, vel duo juga ejusdem montis communis. Tertio, collis thuris est conaculum in monte Sion, ubi Christus resurgens apostolis et B. Virginis apparet; dicuntur thuris, id est resurrectionis: rursum thuris, id est orationis, quia in eo orantes et ardentia ad Deum suspiria emittentes apostoli recepererunt Spiritum Sanctum in Pentecosta.

Mystice Theodoretus: Myrra, id est passio et mors Christi, vocatur mons; illa vero, id est divinitas, vocatur collis, quia magis excelsum et admirabile hominibus videtur Deum pati et mori, quam Deum existere.

Tropologice, ardua et excelsa est via ad montem myrrae, id est mortificationis et martyrii; inde vero facilis est ascensus ad collem thuris, id est orationis, devotionis et contemplationis; et anagogice ad eolum thuris, id est ad celum, ubi

beati perpetuo thus gafiarum actionis et jubilationis offerunt Deo. Martyr enim uno passu tantum distat a celo, mox enim ut anima e corpore excessit, rupitur in celum; unde illud S. Augustini: «Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre.» Facilius ergo est martyri ire ad celum, sed difficile ire ad martyrium: ut igitur Deus patientem et martyrem animaret ad generose condescendum monem myrrae, apposuit ei collum hunc thuris felicissimum, et ascensu facilium.

Quocirca illustris illa apud Anglos nostro anno fidei heroina, Margareta Midleton, ad atrox supplicium damnata, quod sacerdotes catholicos hostipio suscepisset, et eos prodere nollet, ad supplicium locum iniquissimum vultu processit dicens: « Tam brevis est via, que ad celum dicit, tam quoque alio genere mortis; post paucas horas celum et solum pedibus calcabo, et ex alto empyrei fastigio exile hinc terrenum punctum, omniaque terrena felix et beata despiciam. » Quare in terram supina reclinata, dorso supposita petra ingenti, et quidem acutissima, corpori autem injecta tubula onusta per dure mille librarum, sensim pressa et oppressa, armata colesti patientia et constituta, gloriosa per Christo morte occubuit, et ex monte myrrae ad collum thuris, uti sperandum est, evolavit. Illius certamen ad vimurum representatur in *Theatro heretice crudelitatis*, pag. 77:

Ibam ergo injecti non turbare molares;
Quia, ait, hoc totis membris imponere montes,
Spiritus innoxia transcedunt ad astra ruas.

Simili modo generosa illa apud Japones virago, nomine Susanna, que pro fide infrepide Nangasaci occubuit anno 1626 (quo anno pariter de 20 Iulii), P. Franciscus Pacieus provincialis Japonie cum duobus Patribus et sex Fratribus et Societate Iesu, pro fide gloriosum lenti ignis agonen ibidem, eadem consideratione brevis pone et exterius premis si quosque obarmans, obivit, se, matritum et socios perpetim ad constantiam in suppliciis quibuslibet animabat haec vox: « Stenus, o soci, in tormentis omnibus pro fide Christi magnanimit, quia brevem vitam et peccatum, aterna et immensa expiavit gloria paradisi. » Quocirca et durum longumque carcerem, et horrendum apud Japones nuditatem publice opprobrium at inediem, frigoraque, et equaleum, et crucem tam suam, quam filioli sibi annexa trienni, et minus stupri, et servitutem, vinculaque sex mensis qualia sunt mancipiorum, ac denique gladium, mortemque pro Christo fortiter sustinuit, te Deo gratias agendo et jubilando superavit, uti esistunt littere Japonicae hoc anno Roma typis excuse. Digna sane, que cum priscis Susannis, Lucia, Cecilia, Agathis, Catharinis comparetur, ut ipso que viros complures ad martyrium verti ignitis accendit, ac exemplo suo, dirissima

tolerando plusquam virili fortitudine, praevit.

Tanti dux femina facti,

cujus deus et gloriam omnia ventura Japonia scedula celebrabant.

VERS. 7. TOTA PULCHRA ES, AMICA MIA, ET MACULA NON EST IN TE.

Ex pulchritudine singularum partium, puts membrorum sponsae haec tem reconsistorum, concludit pulchritudinem totius corporis. Verba haec quodam primum hemisticithium audivimus, cap. I, vers. 15, ubi ea explicui. Hic tantum additur: «Et macula non est in te. » Hebrew **מִשְׁמָרָה** **מִשְׁמָרָה**, non tantum maculam coloris, sive nevrum, sed et quodlibet vultur, ut veritatis Arabicus, sive quemlibet defectum et deformitatem significat, ut ostendit *Levit. xxii. 22*. Sic sensus est, q. d. Tota pulchra es, o sponsa, (et, id est quia) in te nulla est deformitas sed omnia concinna et formosa.

PRIMUS SENSUS

ADEQUATUS,

De Christo et Ecclesia.

Tota Ecclesia pulchra est: primo, pulchritudine legis evangelice, quam proficit: hec enim lex est pulcherrima omnium que unquam fuerunt in ore; in eaque nulla est macula, nullusque defectus, in eo traductur nulla consilia evangelica, quia summan sanctitatem et perfectionem continent, ut patet, *v. et seq.*

Secundo, pulchra est pulchritudine cognitionis Dei, vero fidei, cultus et religionis, quia colit Deum non ritu extero in holocaustis bestiarum, uti Synagoga Iudeorum, sed in spiritu et veritate, *Joan. iv. 24*; unde sacrificium habet nobilissimum, puta Eucharistianum in qua quotidie Deo Patribus Christum crucifixum, ejus unigenitum ineruente immolat et offert.

Tertio, pulchra est, quia pulchras habet clementias, ritus, ornatus templorum, organa, concentus, etc, ac presertim pulchra sacramenta, infer quia baptismus animam ab omni culpa expurgat, ut mitidissimum efficiat; unde Opatus Melititanus, lib. V: « Baptismus, inquit, virtutum est vita, criminum mors, nativitas immortalis, celestis regni comparatio, innocentiae portus, peccatorum naufragium. »

Quarto, proprie et subjective, Ecclesia tota pulchra est pro gratia, et justitiam inherentem in delibus justis et sanctis, qui roli possissa et perfectissima Ecclesie membra sunt, ideoque haec sponsae nomine censemur, ut dixi, *Canon. XVII*: in his enim nulla est macula gravioris culpe sive peccati mortiferi, quod solum sponsana deformem, id est Deo ingratis et exosam reddit. Esto enim nemo immunis sit a culpa veniali, haec la men levior est, nec maculae hoc loco nomine censemur; ab hac tamen quoque immunis erit in altera

vita per amorem, gloriam et visionem beatificam; unde Beda, Nyssenus, &c. Augustinus, I *Retract.* cap. xix, S. Hieronymus, lib. III *contra Pelag.* et alii et tota pulchra es, attribuant Ecclesie in celis triumphantem; militanti tamen eo sensu quo dixi. Idem eidem assignat Cassiodorus, S. Gregorius, Beda, Philo, Anselmus et alii.

Benigne Ecclesia tota pulchra est, quia in singulis sui partibus et gradibus speciosa et sancta est, puta in religiosis, qui quasi capilli ejus sunt; in doctoribus, qui quasi dentes ejus sunt; in predicatoribus et martyribus, qui ejus labia coecines sunt; in virginibus, qui ejus genae sunt; in pontificibus, qui ejus colum; in sacerdotibus et diaconis, qui ejus sunt ubera; ac consequenter in Iacobis, qui ejus sunt antebent, ut superius dixi: ita Iustus Oregentulus. Hoc est quod haec ecclesiam Apostolus ait: « Christus dilexit Ecclesiam, et scipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, innundans eam lavacro aqua in verbo vite, ut exhiberet ipsi sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, ut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. » *Ephes. V. 23.* Vidi ibi dicta.

Hoc facit versio Chaldei, et tu tempore, quo ponamus dominus Israhel faciunt voluntatem Dominum operari, laudat eos in celis existens, et sic dicit: Tota pulchra es, congregatio Israel, et macula non est in te. Pulchritudo enim Ecclesie in eo consistit, ut se Dei legi et voluntati conformem, haec enim est justissima et sanctissima, id eoque pulcherrima.

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Anima sancta tota pulchra est per cycladem gratie, charitatis omniumque virtutum, quam Deus ipsi infundit, ut eam ornat et speciosam efficiat; unde illa hoc gracie decoru exortans ait, *Isai. LXI. 10*: « Gaudens gaudebo in Domino, et exsultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, et indumento justitiae circumducat me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatum monilibus suis: » gratia enim est summus ornatus animae; quia cum efficit Dei amicam, filiam, sponsam, heredem immo divine consortem nature, ut ait S. Petrus, *Il Epist. I. 4.* Causam dat Theodorus: « Immaculata, ait, et pulchra eratis sponsa, quia propinquus sponsi effecta est, atque ita omnes splendores suscepit, et lucida ex ipsa luce reddit. » Audi S. Gregorium, qui sibi objiciens: Nulla anima immunis est a peccato veniali; quomodo ergo tota est pulchra? respondit: « Dux sancta anima a peccatis quotidiani se per penitentiam mandat, dum quotidie peccata minuta lacrymis soluit, et a majoribus se observat, quamvis frequentiter peccet, per assiduam tamen penitentiam

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Beata Virgo tota pulchra est, immo omnium non tantum hominum, sed et angelorum pulcherrima, et nulla in ea est macula culpe vel peccata, sive originalis, sive mortalis, sive etiam venialis, ut tali sentit et consentit Ecclesia, teste Concilio Tridentino, sess. VI, canon. 22. Unde S. Augustinus, *De Nature et gratia*, cap. XXXVI, cum omnes homines, etiam justos peccato veniali subiacere dixisset, subdit: « Excepta S. Virginie Maria, de qua propter honorem Domini nullum prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quiescentem: inde enim scimus quod ei plus gratias collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, que concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. »

Unde haec verba Cantici: « Tota pulchra es, et macula non est in te, » B. Virginis soli appropriant Rupertus, Psellus, Hugo eterque, scilicet Cardinals et de S. Victore, S. Thomas, Galatinus, et S. Ildefonsus, *De Laudibus B. Virginis*.

VERS. 8. VENI DE LIBANO, SPONSA MEA, VENI DE LIBANO, VENI: CORONABERIS DE CAVITE ADIANA, DE VERTICE SANIE ET HERMON, DE CUBILIBUS LEONUM, DE BONTIBUS BARDORUM.

Hebreum **תֵּן** **אֶת**, id est *mecum a Libano, sponsa*.

meum a Libano videntes. Verum Noster aequo ac Septuaginta, pro *Totis illis*, id est *meum*, alio puncto legerunt *Totis aliis*, id est *veneris*; quanquam eodem redeat sensus, si enim legas *illis*, id est *meum a Libano*, *sponsa*, subaudias oportet *veneri*, vel *veneris*, quod sequitur. Pro *coronaberis hebraeis* est *Veneris tascari*, quod *Vatatis* et alii vertunt, *aspices*, q. d. *Aspicias de vertice Amana, Sanir et Hermon* subjectis valles et campos arboribus, floribus, herbis, fructibus virentes et vermantes: *quod secutus Lyrannus*, haec referat ad Hebrewos tempore Josue, qui ex hinc montibus terram Chanaan sibi promissam contemplatos esse asserit, ut ejus ingredienda desiderium in se acuerent. Alii *tascari* vertunt, *canabis* pro *wolputate* et *gaudio*, *libra enim est canticum*. Alii, *this*, vel *incedas*; unde Septuaginta, *transibis*, inquit, *de vertice fidei*. *Amana enim hebraeis*, *veritatem et fidem significat*; hinc et *Syrus cum Arabicō vertunt*, *venies et transibis*; aliis *tascari* vertunt *dirigeris*, vel *rectificaberis*, aut *recta evades*, a radice *libra iascari*, id est *direxit*, *rectum fecit*; *Noster pro tascari*, per *gen*, legit *tascari* *per* *Si* *libra*: *libra* sur enim significat *dominari*, *regere*, *imperare*: *tascari ergo*, id est *dominaberis*, *imperabis*, ac ut *regina coronaberis*.

*Libanus nolis est mons maximus, Iudeae confinis; dictus Libanus vel a candore nivis, quibus abundat. *libra* enim significat album et candidum; vel a libore, cuius ferax est: *libanon* enim hebreica significat thus; Unde Philo Carpatus, *in libano*, sic explicat, q. d. Veni de libre idolatria quod idolis obtulisti; ad verum Dei in Sionis templo cultum. Amana mons est altissimus trans Jordanem juxta Libanum, Hermon, et Sanir montes situs; Glossa tamen per Amanam accipit Amanum montem, qui Ciliciam a Syria distinxerit. *Sanir* pars est vel appendicis montis Hermon, ut patet, *Deuter. m. 9. Adrichomius*, in *Descript. Terra Sancta*, pag. 93, num. 83, vult Sanir eundem esse montem cum *Seir*: hic enim adjacet mons Hermon. *Seir* dictus est ab accolo Esau, id dicitur est *Seir*, id est pilosus, quis hirsutus. Sanir ergo mons celsus est trans Jordanem ad orientalem plagam terre Huius situs, atque a septentrione monti Hermon, ab austro monti Galad conjungitur: a civitatis vero Capharnaio et Corozaim versus festivitatem solis ortum aliebui quatuor, aliiebui sex et pluribus milliaribus distat.*

*Hermon mons est excelsus ultra Jordanem e regione urbis Peneadii situs, quam ab ortu resipicit; a meridie ve*rum* moni *Seir* jungitur, ac vergens versus septentrionem, qua Trachonitidem regionem circumit, prope Damascum Libanum se copulat: unde in sacra Scriptura frequenter habemus, quod terra filiorum Israel trans Jordanem ad solis ortum, a torrente Arnon usque ad montem Hermon extendatur. Est et alius Hermon mons circa Jordanem juxta Thabor; et tertius in*

tribu Aser adeo altus, ut perpetuo nives habeat. *Igitur Libanus, Amana, Sanir, et Hermon sunt montes sibi vicini extra Iudeam, sed Iudeam confines, ejusque limites, in quibus erant spelunces vastae, ubi degabant leones et pardus: unde hic dicitur: « De cubilibus leonum, et montibus pardorum, » fleet Adrichomius ex Brocardo et Bedenbachio in *Descript. Terra Sancta*, pag. 186, num. 20, separatum montem constitutum, qui dictus sit pardorum a pardis in eo degentibus, *neque* ac leonibus, ex quorum cum pardis commixtione nascuntur leopardi: *Mons leopardorum*, inquit, rotundus et aliud est, qui contra aquilonem a Tripoli duabus, versus austrum a civitate Arcas tribus, a Libano autem uno millario distat; aditumque ibi ostendit. Ingens in spelunca monumentum, quod incoleat putant esse sepulcrum Josue, sed verius videtur esse sepulcrum Chanaan filii Cham, filii Noe.*

PRIMUS SENSUS

ADEQUITATIS,

De Christo et Ecclesia.

Nonnulli per *Libanum, Amana, Sanir, et Hermon* montes accipiunt Jerusalem et Iudeam, atque ex ea his evocari a Christo censem apostolos et fidèles, ut a Judea igitur increduli, et crudeliter instar leonum et pardorum in christianis saevientibus egrediantur ad gentes, illisque praedicant *Liberalem*: sic enim per *Libanum* significatur Jerusalem, *Zachar. xi, 1; Ezech. xvii, 3*, et alibi.

Melius alii per *Libanum, Amana, Sanir et Hermon* montes, utpote extra Iudeam in Phoenicia siti, accipiunt Phoenices, id est gentiles; unde S. Athanasius in *Synopsis Script. in Cant.*, *consecutus* montibus designari Ecclesiam gentium: gentes enim hic evocari ab idolatria et gentilismo ad fidem et christianismum, ut Christi Ecclesie inseruantur; sic et Tertullianus, lib. IV *contra Marcion.* cap. xi; paulo alter Theodoretus qui per *Libanum*, id est *dealbationem*, censem notari vocacionem gentium, quae infidelitate atræ, baptismō ablutæ et dealbatae fuerunt. Per *Hermon* vero rorulentum, et *Sanir*, id est lucernarium viam significari vocacionem Iudeorum, qui legis lumen et rorem a Moyse accepterunt: rursus, per leones notari Iudeos audaces, per *pardos* gentium sapientes et sophistas. Haec Theodoretus.

Sensus ergo est, q. d. Tu, o Ecclesia gentium, quae a me Christo ab interno predestinata es, et in tempore destinato vocanda es ad christianismum, ut fias mihi sponsa, veni de horridis syllovisque montibus, de Libano, inquit, Amana Sanir et Hermon, id est de infidelitate et gentilismo, ubi inter idololatras, infideles et impios, quasi inter sevos leones et pardos ferarum more vixisti, et inter feras horridam vilam egisti: veni in speciosam Jerusalem et Sion, ubi Deus in tem-

pto suo colitur; veni, inquit, ad Ecclesiam et montem myrrae, et cedrelam thuris, id est ad montem Oliveti et Calvarie, ubi captus et crucifixus est Christus, ut in eum credas; atque ad Sion, ubi copit Ecclesia Christianorum, ut illi associari. Veni ergo ad Christianismum, ibi inter christianas familes, mites et benignos, velut inter columbas, hiuculos, et agnos vilans ages suavissimam et sanctissimam; immo ibi coronaberis velut sponsa regis Christi, ideoque regna; coronaberis, inquit, in hac vita per gratiam, in futura vero per gloriam. Aut apli et nervosius, q. d. Tu, o primitiva Ecclesia, quae per apostolos eorumque socios et associatas labores in Libano, Amana, Sanir et Hermon, id est in gentilitate converienda ad Christianum, inde veni cum magnis genibus a te conversaris manipulis, ut eos adducas in Sion, hoc est ad Christi Ecclesiam: quod si feceris « coronaberis de epite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, et montibus pardorum, » id est de gentibus a te conversis triumphabis, easque quasi in triumpho ducos, ac corona triumphali coronaberis. Ita Noster Alazar in Allusion. ad *Apocalypse*, lib. III, ubi sit hoc versus promitti Romae nova, id est christiana perfectam de Roma veteri, id est ethnica, ne de universo imperio victoriam. Nomina ergo regiones, quarum Ecclesia quasi in triumpho ferulæ ante se latura sit simulacra, *prima* de Amana, id est de *filia plantata*, quasi fidelis coronam; *secunda* de Sanir, id est *deinde lucerna* (hoc enim hebreica est *Sanir*) ob predicatoris luce doctrine et virtutum splendentes, per quos regiones illas convertisti; *tertium* de Hermon sive Chermon, quia Ecclesiam gentium quasi *cherem*, id est *anathema* Deo vovisti, consecrasti et sacrificasti; occidisti enim in eius infidelitate, vita et diabolum, ac vivere fecisti in eius fidem, virtutes et Christum; *quartum* de oculis tuos, et vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, et circumdabis (vel coronabis) tibi eos quasi sponsa.

Porro Septuaginta versionem, que habet, *venies et transibis ab initio fidei*, sic interpretatur Philo Carpatus: « Venies a gentibus, transibis a lege, a primis fidei, a capite Sanir et Hermon. Sanir interpretatur *rubus*, et Hermon *spiritus*, sive *vox sublimis*: principium enim fidei ab eo fuit, qui in rubo locutus est Moysi, et voce sublimi locutus est filii Israel, cum eos eduxit ex *Egypto*, in unumque cogit. »

Alter S. Augustinus in *Psalm. LXVII*, sub fine: « Ab initio fidei, » inquit, quia, ut bona opera sequantur, praecedit fides, nec illa opera bona fiunt, nisi que sequuntur praecedentem fidem: fides enim est principium omnis boni et virtutis; unde tres Anonymi apud Theodoretum legentes, *venies, et pervenes ab initio fidei a capite Sanir*, etc. Sic explicant, q. d. Venire incipies per fidem, sed pervenes ad coronam per spem et

charitatem, ubi variis tentationibus, que leonum et pardorum nomine significantur, exercita fuerit. Denique Noster Sanchez \rightarrow a principio fidei explicat de B. Virgine, q. d. B. Virgo ab initio conceptionis sue fuit fideli, sancta et immaculata, ideoque concepta sine peccato originali, utpote evocante illam ad se Christo; unde Hebrei habent, secum de Libano venies.

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Hec omnia quae dicta sunt de Ecclesia, adaptata animae, commutato nomine; *primo* ergo, haec attribui possunt animae, que ex stata peccati et virtutis, quibus bestialiter servit, a Christo evocatur ad penitentiam, virtutes et gratiam, ut jam non serviat concupiscentia, sed charitati: nam, ut alii S. Joannes, I Epist. cap. II, 16: « Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum et superbia vita. » Concupiscentiam carnis nota Amano, id est *natura*, nutrit enim carnem concupiscentia gula; concupiscentiam oculorum, id est avaritiam nota Sanis, id est *iteratio novatis*, avaritia enim novis agri et opibus, aggregandis inhat; superbiam vita nota Hermon, id est *destructio et anathema*, superbia enim omne bonum destruit. Ex his ergo vitorum montibus evocatur anima peccatrix et penitenti ad contrarias valles abstinentias, paupertatis et humilitatis. Alter hec nomina Amano, Hermon, et Saur interpretatur et adaptat Richardus de S. Victore et alii, sed minus vere et congrue ad eymon hebreum.

Secundo, haec attribui possunt animae sanctae, quae a Christo ad majorum sanctitudinem et perfectionem, ac presertim ad tria vota vite religiose evocatur: haec enim ex Amano, id est gula et luxuria evocatur ad castitatem; ex Sanis, id est avaritia, ad studium prouerbiis; ex Hermon, id est superbia, ad humilem obedientiam. Hinc ter repellunt \rightarrow *tertius*: *primo*, ut significetur ardens desiderium Christi, quo optat ut anima se vocantem sequatur, ideoque cum *tertius*, id est plene et perfecte vocat; *secundo*, ut significetur ingentia bona praesentia et futura, ad quae evocatur; *tertius*, ut significetur illam evocari ad servendum sanctissimum Trinitati per tria vota, et per tres virtutes theologicas, *tertium*, spem et charitatem, ait S. Gregorius; *quarto*, ut significetur ei assidue instantibus esse cum mundo, carne et diabolo; in undum enim significat Saur, id est *mutilatio lucis vel novatis*: in mundo enim est perpetua maliitia, et successio dignitatis et opum, haec non continuo ab uno, vel per mortem, vel per ea unum aliquem auferuntur, et alteri conseruantur: quia in mundo assidue gyratur rata fortuna, ut, has in alium ascendentibus, alii deorsum descendat et cadant. Carneum significat Amano, id est

natura, uti jam dixi: diabolum representat Hermon, id est *destructio et anathema*, quia diabolus destruit bona omnia, ideoque quasi amathema aeterna maledictione et gehennae adductus est.

Adulti Cassiodorus et Beda trinum *veni*, trinum anime denotare profectum, scilicet in cogitatione, locutione et operatione; S. Gregorius vero: *Primus anima profectus*, inquit, est virtutum progressus; *secundus* *vit* per egressum e corpore; *tertius* per resurrectionem carnis: porro anima sancta coronatur corona virtutum in hac vita, et corona glorie in futura; haec deinde ex Hermon fit Heren vel Cheren, id est *mors*, et *conseruatio*, quia moritur sibi, ut vivat Deo, ac vult anathema totam se conseruat Deo, eaque se facit holocaustum. Haec enim anima paulo ante vocata est *tota pulchra*, atque evocata fuit in *monte myra*, concepita Christo per baptismum; ascendit quoque in *colle thuri*, per resurrectionem a peccatis participes effecta divinitatis, qua per *thus* significatur. Hie autem ultrem evocatur, ut transeat a principio fidei, ut habent Septuaginta, ad ejus consummatum, et progressionem per opera charitatis et virtutum: ita Nyssenus, et S. Ambrosius, lib. De Israh. cap. V, quem audi: « Ereditare, inquit, de corpore et totam te exire: non potes enim mihi adesse, nisi ante peregrinari a corpore, quoniam qui in carne sunt, peregrinari a Dei regno. Ades, inquit, adesse: bene repetivit, quia sive presens sive absens adesse, et placere Domino Deo tuo debes. Adesto presens, adesto absens, tisi adhuc in corpore es: nihil enim omnes presentes sunt, quorum filios mecum es. » Deinde pulchre id ipsum per antitheses explicat: « Adest mihi, qui ex eisdem secuulo; adest mihi, qui me cogitat, me imbutur, de me sperat, cum ego portio sum: adest mihi, qui absorbit sibi; adest mihi, qui se negat veritati sibi. Ille mecum est, qui intra se non est, quoniam qui in carne est, non est in spiritu: ille mecum est, qui ex seipso egreditur, ille juxta me, qui extra se fuerit; ille mihi integrus, qui propter me perdidit animam suam. Et ideo ades, sponsa, transibis, et pertransibis a principio fidei. Transit et pertransit ceteros, que ad Christum pertinet: transit fidei merito et operum claritate, que lucet sicut Sanis et Hermon, hoc est, *via litterarum* transi deviciis tentacionibus saeculi, et superatus nequitis spiritualibus, legitimi patens corona cerlamini, et ideo meruit Christo iudicante laudari.

Tropologica per *leones* S. Gregorius accipit damnum, Beda vero superbos et potentes, ut sunt, reges et principes maliolae; per *pardos* maliolae, et successio dignitatis et opum, haec non continuo ab uno, vel per mortem, vel per ea unum aliquem auferuntur, et alteri conseruantur: quia in mundo assidue gyratur rata fortuna, ut, has in alium ascendentibus, alii deorsum descendat et cadant. Carneum significat Amano, id est

caelum etiam virtus sectantur, quae in vario corio coloris dissimilitudine dividuntur. Sed de *cubilibus leonum* et de *montibus pardorum* Ecclesia coronatur, quia dum per ejus predicationem, et erudites ad pietatem, et hypocrite ad vite humili unitatem converuntur, pro his omnibus premium percipiet quondam meratur.

Anagogiae significatur hic evocatio animae sanctae et periculis, temptationibus et erroribus hujus vite propter ejus pietatiam et victoriam, ad celestem coronam et gloriam: ita Cassiodorus, Beda, Anselmus, et S. Augustinus in Psalm. LXVII, unde S. Ambrosius, lib. De Virginibus, III, post medium, his adaptans: « *Primitus*, inquit, vigilans tuorum Christi dicato; *primitus* actum tuorum Christi immola. Audisti, quia vocavit te dicens: *Veni a Libano*: transibis et pertransibis a principio fidei; transibis in seculum creature, pertransibis ad Christum triumphatam de saeculo. Audisti, quia a leonum et pardorum, id est spiritualium nequitiarum incursionibus separavisti. »

Similia habet S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovin.*; unde Iohannes Carmelita \rightarrow *coronaberis de capite Amano*, etc., sic expoit, q. d. Coronam de persecutione recipies, dum in Libano vivens, montium, ubi tere habitat, aduersus patres incursiones: non enim quippe amoris persecutionum montes opponi deinceps, ut tanta sit laboris probationis mensura, quanta est tui erga me amoris magnitudo.

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Primo, B. Virgo evocata est ex Libano, Amano, Hermon et Sanis, cum ex Judea, et hoc mundo evocata est ad Christianum in celum, ibique coronata regina ecclie et terra cum triplice aureola scilicet eminentia virginitalis, doctoratus et martyris: fuit enim ipsa primiceria virginum, doctorum et martyrum: Unde *secundo*, ilorum corona est corona B. Virginis, quia ejus invocatione, orationibus et meritis impetrata: ita Rupertia, qui nove, ideoque non satis congruo interpretans nominem hebreum montium, sic ait: « *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis*. Unde coronaberis? De capite Amano, quod interpretatur *nocturna avis*; de vertice Sanis, quod interpretatur *anathema*. Venies de Libano, quod interpretatur *candidatus*, id est migrabis de corpore isto, corpore candido, corpore virgino, et coronaberis de omnibus his, id est de corpore vel membris illius qui nominibus istis recte denominatur, de regnis mundi hujus, regna namque mundi hujus quedam capitula, vel quidam vertebrae *discretar nocturna aves*, et dentes vigilarum, stupeficeris me; Arabicus, *Inflammasti corda nostra*; ali, *incordasti me*, id est in corde me saeclasti, cordis autem vulnus est summi doloris et mortiferum: sic amor facit, ut anima quasi moritur in corpore amantis, et viva in corpore parati, qui cum sit princeps tenebrarum, et tan-

versus, inquit Theodoretus, evocata ad se a Libano sponsa, cum eam ejusque decorum fuisse intutum, captum se dicit ejus amore, et veneratum ejus oculo et crine.

VULNERASTI COR MEUM, SOROR MEA SPONSA, VULNERASTI COR MEUM IN ENO OCULORUM TUORUM, ET IN UNO CRINE COLLIS TUI.

Sponsas, inquit Theodoretus, evocata ad se a Libano sponsa, cum eam ejusque decorum fuisse intutum, captum se dicit ejus amore, et veneratum ejus oculo et crine.

VULNERASTI COR MEUM, SOROR MEA SPONSA, VULNERASTI COR MEUM — Pro vulnerasti hebrei est כְּבָבֵל לִבְבָרִת, quod deducitur מִכְּבָבֵל, id est cor; unde Septuaginta versum οξειδωσας ιπας, id est excordasti nos, hoc est, ut Vatablus, abstulisti nunc cor; R. David, transfracti multa cor; Complutenses, stupeficeris me; Arabicus, inflammas cor tuum nostra; ali, incordasti me, id est in corde me saeclasti, cordis autem vulnus est summi doloris et mortiferum: sic amor facit, ut anima quasi moritur in corpore amantis, et viva in corpore parati, qui cum sit princeps tenebrarum, et tan-

cor meum mihi eripuisti, et in corde tua conculsi et captivasti; S. Ambrosius in *Psalm. cxviii.* serm. II. verit. *corde nos cepisti;* Symmachus apud Theodoreum, *excitasti cor meum;* quinta editio et Syrus, *confidere me fecisti;* alii, *cor mihi inuidist;* cor id est menteum, q. d. Ostendisti mihi quid inueri et amare debere, scilicet non aliud quam te; aut potius, q. d. Cor tuum mihi insegnasti, ut illud in me operetur, atque ego omne id faciam, quod cor tuum desiderat.

In uno crine (id est, ut Symmachus per *unum crinem*) *colli tui*, — crine non simplici, sed ex multis implicato, puta plena et fusa ex crinibus intorto; solebant enim Hebrei capillos in varia plicis, vel triccas colligente, ut feicit Samson, *Judic. xvi. 13*, atque uno altero ex illis collum circumdare, itaque crines circa collum contorque: hec enim est *pax unius*, id est *fune vel torque*; unde Septuaginta, *in uno ἔσται*, id est *ornamento*, *vel torque colli tui*: sic et Syrus et Aribeus; Aquila, *in uno seruo (pendente) e collo tuo*; Symmachus, *in uno monitum colli tui*. Sic crinem pro vineculo et fusa ex crinibus intorto sumit Philius, lib. XVII. xxii: *Jugum, inquit, sit pertica, aut arundine, aut erine, fumiculove.* Quocidem Noster Alcazar in *Allusion. ad Apocalyp.* lib. III. per *unum crinem colli* accepit unam ex duabus circulationibus torques circa collum.

In uno OCULORUM TURM. — Arabicus, *propter ultrichitudinem oculorum turorum.* In uno, *qui non capite velata more impulsi, non nisi cum unum ostendebat, utique non ad iter et itines exteris nudare debebat, idem faciebant argines solitamine que ac arabicus, de quibus Tertullianus, lib. De *Veland. Virginibus*, sub nomine: *Judicabant, inquit, non arabice femininicas, que non caput, sed et faciem quoque ita togam ut, uno oculo liberato, contente sint dimidia frui luce potius quam totam faciem propositure.**

Adde, quo ferunt et aspiciunt oculus unus, eo concomitante naturae ducta ferunt, aspiciunt et alter. Oculi sunt sedes animi, in oculis enim relucet cor, animus, affectus: quare oculus feminae pulchra, amantis, et illicis cor viri intuentis vulnerat, illudque ad se rapit: oculi enim radios vibrant et quasi sagittas amoris ejacularunt, ut de Helena scribit Theocritus, *Idyll. 18.*

Refert Jacobus de Vitriaco cardinali sanctimoniali quendam pulchritudinem oculorum ita vulnerasse cor principis, ut omni modo eam sibi tradiri vellet: quare illam evulso oculos ad principem misisse ac dixisse: « Ecce sagitta, que cor tuum sauciarunt. » Simile plane aliam virginem fecisse narrat Sophronius in *Prato spirit.* cap. LX, ac simile probris de S. Lucia narrat Sabellius, lib. IV. Exempl. cap. VIII. Idem et subinde magis faciunt crines flavi, compitique feminarum; crescit ergo gradatio ab oculis ad crines, quia crines flavi, fulvi, crocei, aurei et lucentes mire effulgentur,

itaque rapiunt oculos intuentum; unde a poetis italis comparantur fulguri, et dicuntur *fulgurare*; quare Virgilus, II *Eneid.*, crinem *flagrantem* numerat. Adde feminas decorem suum ponere in capillis ornandis, poliendis, fucandis, comendis; unde Comicus: « Dum comunitur, dum poliuntur, annus est; » et Catullus: « Splendens quantum eomas. » Insuper crines pulchre gyrrantur et crispantur; per crinem ergo *unum crispationem* unam crinem intellige, que pulchram cesariam efficit; unde Virgilus, XII *Eneid.*: « Vibrati calido crines ferro, » id est crispati calamistro. Ad hanc perungebant unguento odoreassimo, unde snauissimum efflantum odorem. Audi Horatium, V *Carm.*:

Sporsum odoratis humerum capilli.

Et Ovidius, epist. 21:

Non arabo noster rora capillis olei.

Et Tibullus, lib. III:

Spirabit tyro myrrhea rora coma.

Et Silius, lib. XI:

Crinem perfundit amoneo.

Præterea femine adeo politi crines peantur, et acu discriminali discernunt et discriminant, ut pulcherrimi apparet, ut patet in sponsis, quarum elegancia in crine polito et belli discriminali sparsaque consistit. Unde Festus: « Crines inquit, a discretione dicti sunt. » Denique crines collo intorso, auro torque infici, implectant et ornabant; nonnulli etiam crines ipsos inaurabunt, aut fuso elegantis fulgidos et radiantes efficiuntur; unde Virgilus, IV *Eneid.*:

Cu phætra ex auro, crines nodantur in aurum.

Idem, lib. VIII:

Aurea casuaries ollis, atque aurea vestis.

Idem, lib. X:

*Fusos cervix cui lactea crines
Accipi, et molli subiecti circulus auro.*

Et Ovidius, XV *Metamorph.*:

Electro similes faciunt auroque capillos.

Et Claudianus, lib. III *De Proserpinis*:

*Pulchrior auro
Cæsares, fulvoque nitet coma grator auro.*

Hinc ergo crinibus adeo elegantibus et fulgentibus sponsa vulnerabat cor sponsi.

PRIMUS SENSUS

ADEQUITAS,

De Christo et Ecclesia.

Christus sponsus ait: *Vulnerasti*

et tu. Ecclesia sponsa, per *unum oculorum tuorum*, quia scilicet uno totoque oculo, eoque columbino, id est pudico, modestus et simplici me aspicio: me enim solum spirituali amore diligis, mihi soli placere satagis et in uno crine, id est torque crinato *colli tui*: hic torque est obedientia, qua colum ultra legi mens subiectus, ut dixi, cap. I. vers. 10: *hac enim velut torque cor meum ligas, tibique adstringis et alligas.* Oculus ergo notat intentionem et amorem; *crinis*, sive torque, obedientiam: *hunc enim duo, quasi due sagittæ ac ut et ignata vulnerant cor Christi, ut illud amore saucium Ecclesiam tam sui amantem summe redemptam; immo illi quasi exordiant, id est eos illi auferunt, illudque sponsæ tradunt, ut illa ipsum *feciat quo vult*, illoque utatur ad libitum, immo ut illa ipso vivat, moveatur et operetur, sicut S. Catharina Senensis pro cordo suo petuit et oblinuit cor Christi, ut illo vegetaretur, vivet et ageret quecumque agebat. Unde S. Paulus, Galat. II. 20: « Vivo autem, inquit, iam non ego; vivo vero in me Christus. »*

et tu. Ecclesia sponsa, per *unum oculorum tuorum*, nam ipsa, e domo e' familia parentis sui Adie peccato vitiosa sepsata, transit per baptismum in dominum et familiam Christi. Benigne S. Bernardus, vel quisquis est auctor libri *De Passione Domini*: « Solent, inquit, sponsæ nondum alligata conjugali vinoculo, amari ardentes quam postea tempore enim procedente, amor ipsæ componitur; sponsus ergo noster, ut magnitudinem insuetu amoris, qui tempore non decessit, amicam suam sponsam appellat, eo quod illius amor semper novus sit; sponsæ eadem vocat, ad significandam puritatem et castitatem amoris istius sui, qui nihil carnale sapiat. » Denique Ecclesia Christi est *soror castitate, sponsæ fecunditatem.*

Symbolicæ. S. Gregorius, Cassiodorus, Beda, Anselmus et alii per *unum oculum* accipiunt unitatem doctorum, per *unum crinem* unitatem fiduciam, quod velut membra doctores quasi columnam Christi capiti conjungunt. « In uno oculorum, inquit S. Gregorius, et in uno crine collit sponsæ sponsus vulneratur, quia profecto usque ad mortem crucis afficitur, ut unitas predicationis et pietatis in Ecclesiæ confirmetur. »

Portio, Materia. Porro Nyssenus, qui censet hec esse verba non sponsi, sed sociorum sponsi, pula angelorum, ac grecum ἡράπειον, i.e. vertens, *cordificasti nos, vel cor nobis indidisti*, sic explicat, quasi dicant angelii: Tu, o Ecclesia, et anima sancta, cor, id est menteum et intellectum nobis indidisti; nam in te et ex te intelligimus et admiramus Deum erga te sapientiam et beneficeniam. Videmus enim Deum tibi indidisse unum mentis oculum, quo scilicet non aliud quam Deum, et verum bonum in omnibus tuis actibus intuscaris et species atque torque colli, id est obedientiam, qua plane ejus jussis obediens, et plene ejus voluntate alligis et conformas, perinde ac facimus nos angelis; sed non sumus spiritus, tu vero carne constas et concupiscentia laboras.

Melius Philo Carpathius ex Septuaginta vertens,

vulnerasti cor nostrum, per nostrum censem significari tres personas SS. Trinitatis, que amore hominum commota decreverunt, ut Filius pro eum salute incarnaretur.

SECUNDUS SENSUS

PARTIALIS,

De Christo et anima sancta.

Iam dicta de Ecclesia applica animae sanctae; ac imprimis per oculum intellige maxime ad litteras significantes casti amoris, qua anima sancta uni Christo quasi sposa, quem deamat, in omnibus summe placere intendit et contendit; per crinem vero vel torqueum crinatum significari obedienciam, qua singulis Dei legibus et inspirationibus, ac prelatorum suorum (hos enim collum denotat) obediere satagit. Sicut enim torques crinitus ex multis crinibus interquierunt, sic plena obediencia ex omnium legum et inspirationum prompta executione perficiatur. Tam enim intentio amoris, quam obediencia, vulnerat mentem Christi, illamque rapit, ut animam sui tam amantem mire redamet. Unde Joannes Carmelita sic explicat: « Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. » id est, fides tua per dilectionem operante, velut sagitta quadam sauciasse me. « Et in uno crine colli tui. » id est obediencia tua, que est crinus seu torques collum tuum ligans ab obturandum, sauciasti me, qui non ego catenis, seu vinculis ferreis ad te trahendam; uno enim ex crine suavissime quo placeo duxo te. His addo:

Primo, per oculum notari contemplacionem cre-estimam vitamque contemplativam, per torqueum collis actionem, vilamque activam, ac virtutis illas que in actione consistunt, ut sunt beneficentia, justitia, patientia, etc., que nos proximis uniuert, et quasi crines colligant: ita Theodoreus et tres Anonymi apud ipsum. Huc accedit Richardus de S. Victore, qui per oculum accipit curam salutis proprie, qua anima sese unit Deo; per crinem collis curam salutis alienae, quia sicut collum membra jungit capit, sic anima curans aliorum salutem, illis certe membra Christo capiti jungere satagit; ipsa ergo est instar collis.

Secondo, Aponius per unum oculum accipit cor mundum, quo Deus videtur; per unum crinem vel torqueum crinitum, fideles uno charitatis vinculo implexos et constrictos, qui per elemosynam sua in pauperes distribuunt.

Tertio, oculus unus est dexter, qui intendit rebus spiritualibus et eternis; oculus alter est sinister, qui intendit rebus temporalibus et caducis. Unde Naas, rex Ammonitarum, volens Hebrews eruere oculum dextrum, ut ad bellum eos faceret ineptos et cecos (sinistrum enim oculum tegebant clipeo), significat diabolum, qui menti corporis studi studia rerum ecclesiastum, ut ipsa

toto oculo quasi sinistro intendat terronis, I Reg. xi, 2: ita Justus Ogelitanus, et S. Ambrosius in Psalm. cxviii, serm. 11.

Quarto, S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovin.*, per oculum dextrum accipit studium virginitatis, per sinistrum conjugij et studium prolum, sicut enim oculus dexter prostat sinistro, sic virginitas conjugio. « Non repudio nuptias, inquit; habes et sinistrum oculum, quem tibi dedit proper imbecillitate eorum, qui recta videre non possunt; sed magis mihi dexter virginitas oculus placet, qui si caceatus fuerit, omnis corpus in leprosis est. Ac ne putarem Christum sponsum amorem carnis et nuptiarum significare corporeas, illico excludit hunc sensum, et ait *Cant. iv, 9*: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa;* ubi per sororis nomen suspicio omnis fodi amoris exclusidur. »

Porro vulnus, quo virgo et anima sancta uni Christo intendens, ideoque prius a Christo vulnerata vulnerum vicissim cor Christi, est vulnus charitatis, quod non nisi amando curatur, quia amando magis sancuator et crescit, opat enim amans vulnus amoris angusti, quia hoc vulnus vegetatur et vivit; quo igitur Christus videt se magis ab anima amanti et amore vulnerari, eo magis illam amat, eo magis hoc vulnus amoris deficitur et gaudet: vulnus enim hoo non est corporale, quod corpus lodes, sed spirituale, quod animam amore penetrat, et penetrando in amore corroborat, ideoque animam vicissim vehementius amore vulnerat: sicut enim sol radios vibrat in speculum, qui in eo collecti unum quasi radium densatum lucidissimum efficiunt, atque a speculo repercussi in solem ipsum retinuantur, eumque quasi vulnerant, sed sola luce non sanquine: sic pariter Christus sol iustitiae amoris sui radios vibrans in animam, que illos colligit, et per unam intentionem amoris, velut radius lucidissimum et flagrantissimum in Christum reflectit, Christus ipse eodem quasi vulneratur, sed vulnerare lucis, non sanguinis, quia sagitta spiritualis amoris transfigitur, ut ardenter quam ante animam ita amantem redamet: quare vulnus hoc spirituale fundit non cruentum, sed amorem.

Rursus S. Gregorius et Justus Ogelitanus a vulnerasti referunt ad vulnera, que Christus in passione pro nobiscepit, quasi dicit Christus: Tui amor, o anima, me in cruce vulneravit: nam ut te sanctificare, multaque amore conjungarem, ego clavorum et flagellorum vulnera suscepit. Vulnerus enim amoris, quod Christus gercerat in anima, impulit eum ad excipiendam tot tantaque vulnera in corpore; unde S. Bernardus, vel quisquis est auctor libri *De Passione Domini*: « Per carnale vulnus, inquit, quod Christus in cruce accepit in latere, vulnus spirituale ostenditur, et hoc fortasse significatur dum bis dicitur vulnerasti. Utriusque enim vulneris ipsa soror et sponsa causa est, ac si sponsus aperte diceret: Quia zelo amoris tui vulnerasti me, lancea quoque

militis vulneratus sum: quis enim cor suum pilo vulnerari permetteret, nisi prius amoris illius vulner percepisset? »

Denique quod Vatablus et alii pro vulnerasti cor meum vertunt, abstulisti mihi cor, id est menteum, significat summum amoris gradum, qui testem Platone est amētia: sicut enim amor mundanus nimis amantes facit amentes, ut insanire videantur, sic et amor spiritualis: juvenis enim amore amasice, mercator amore pecuniarum, ambitious amore gloriae captus, illi totum cor et mentem tradit, ut non nisi de ea valeat cogilare: quare sui honoris oliviscitur, omnemque perdit pudorem, nec quidquam eum refinere, aut prohibere potest, non labor, non vexatio, non perfidum, non mors, non amicorum consilium, nem timor Dei vel gehenna, sed omnia haec illi sunt quasi fabula; sive dormiat, de ea somniet; sive vigilet, de nulla alia re loquiatur vel auscultet, adeo ut omnem perdat rationem et sensum, flatque quasi fatuus, ebrios et insanus: nam « amare et sapere vix diis concessum est, » ait ille. Sic Christus, amore divino hominum captus, exanimavit semiputum, cum e coelo et solo Deificatus descendit in terram, factus homo, nec puduit eum inter homines pauparem vilenique agere vitam, immo pro eorum salute ut latro cruci, crucifigi et mori: quare nullus dimitus contemptus, nullus subterfugit injurias, nulla probra, nulla verbena, nec mortem crucis, adeoque a Judeis testimoniis est sceleratus, a gentibus stolidus; unde illud: « Triumphant deo amor. »

Christiane secuti sunt christiani in amore perfecti, uti Apostoli, de quibus ait Paulus, I Corin. iv, 10: « Nos stulti proper Christum, vos autem prudentes in Christo: vos nobiles, nos autem ignobiles; tanquam purgamenta huic mundi factum sumus, omnium perfidissima usque adiuvare, » lego cetera que ipse scribit; hinc apostoli exultabant in verberibus, gloriantur in tribulationibus, triumphabant in persecutionibus. Unde illud, II Corin. v, 13: « Sive mente excidimus, » a greco ἀποθνήσκω, ali verbiunt, sive insanimus, « Deo: sive sobrium sumus, vobis; » et Agrippa ad Paulum ait, Act. xxvi, 24: « Insanis, Paul, multe te littore ad insaniam convertunt. » Insanire enim Agrippa regi videbatur Paulus, qui zelo in ipso tribunali ipsi persuadere solebat fidem in Christum, ob quam ille ibidem vincitus erat, et reus capitis agebatur.

Talis quoque praefallis filii S. Franciscus, qui se fatuum mundi vocabat, ac ut talem in dictis factis ostentabat: vera enim Dei sapientia est, sapere Deo et stultescere mundo. Quocirca Germanus tract. *De Morte contemplationis*, cap. xix, 20, pulchre docet idealis perfecti amoris esse amatores mundi, ac quam amorem sumum examinare debet vir spiritualis, ut videat quantum a perfectione amoris Dei distet, adeoque eum qui vult esse perfectus in amore Dei, imitari debere actus

amatorum mundi, ut siue hi ardua aequa ac stulta faciunt pro mundo, sic ipse similia faciat pro Deo et Christo; sed illi ex via, hic ex virtute. Ubi enim est amor, ibi non est pudor nec timor, amor enim « foras mittit timorem, » ut ait S. Iohannes, I Epist. iv, 18. Exemplum litterale est in S. Magdalena, qua penitens et amans Christi saucia, sine pudore irruit in domum Simonis pharisei, ibique coram conviris prosternens sessa ad pedes Jesu, ipsum vulneravit non uno, sed utroque omnium suorum, cum ex his copioas amoris lacrimas profundens, iis pedes Jesus lavit; et in crine non uno, sed omnibus collis sui, cum capillis suis eos desideret; unde ab eccl. meruit audiens: « Hemimutum ei peccata multa, quoniam dilexit multum. » Luc. vii, 47. Abstulerat ergo ipsa cor Jesu, et Jesus abstulerat cor eius, quia cor Jesu vivebat in Magdalena, et cor Magdalena vivebat in Jesu, uti pulchre et pathetice describet Origenes, homil. S. Magdalena, ubi inter alia dicit: « Oblita erat timere, obliterata erat gaudere, obliterata erat seipsum, obliterata erat denique omnia praeter illum, quem diligebat super omnia, et quod mirabile est, sic erat obliterata, ut etiam ipsum non cognoscere, » cum spiritus suum eum hortulan post resurrectionem primo illi apparuit. Causam inferius subdit dicens: « Dominus Josephi posuit in monumento corpus tuum, Maria sepelivit ibi pariter spiritum suum, et illa indissolubilitate junxit, et quodammodo univit eum cum corpore tuo, ut faciliter possel separare animam se vivificantem a vivificato corpore suo, quam spiritum suum te diligenter a defuncto corpore tuo, spiritus enim Marie magis erat in corpore tuo, quam in corpore suo; cumque requirebat corpus tuum, pariter requirebat spiritum suum, et ubi perdidit spiritum tuum corpus, perdidit eum quo spiritum suum. Quid igitur mirum si sensum non habebat, quae spiritum amaret? quid mirum si te nesciebat, quia non habebat spiritum quo scire debet? Redde si itaque spiritum suum quem habet in se corpus tuum, et mox recuperabit sensum suum, et relinquet eum.

TERTIUS SENSUS

PRINCIPALIS,

De Christo et B. Virgine.

Rupertus per unum oculorum accipit unitatem cogitationum et orationum, quas B. Virgo ligebat in Deo, ac per unum crinem, uniformitatem humiliatitudinis ejusdem; unde preferens exemplum Annae matris Samuelis, de qua dicitur I Reg. i, post orationem: « Vultus illius non sunt amplius in diversa mutati, » subdit: « Quid erat illa uniformitas vultuum non se amplius in diversa mutantium? nimis identitas cogitationum, et valde intenta earundem perseverantia precum. » Adinde idipsum applicans B. Virginis: « Hoc est